HIERONYMUS
12. Jh.
Seite 30r
Quelle: http://manuscripta.at/?ID=26279
Copyright: Admont, Benediktinerstift

quod intellegit. nec quicquam metuat.
Arborem quam uidisti sublimem atq; robustam
tu es rex qui magnificatus es et inualuisti.
et magnitudo tua creuit et peruenit usq; ad celum.
et potestas tua interminos uniuerse terre.
Absq; regis iniuria explicat uertitatem. ut non eum
superbie sed potentie uideat arguere. Et uinci
atur ferro et ere in herbis foris. et rore celi con
spergatur. et cum feris sit pabulum eius donec septem
tempora commutentur super eum. Et sup simi
lit scriptum est. Querunt g̃ a nobis qui hystorie
tradiderunt. quomodo in uinculo ferreo et ere fue
rit nabuchodonosor. aut quis eum uinxerit et
compedibus alligauerit. eum prospicuum sit omnes
furiosos ne se precipitent. et alios ferro inua
dant catenis ligari. Hec est interpretatio sen
tentie altissimi. que peruenit super dnm meum
regem. Austeritatem sententie uerborum tem
perat blandimentis. et cum dura precesserint.
mitioribus repmissis releuat animum territum.
Deniq; infert. Regnum tuum tibi manebit. post
quam cognoueris potestatem esse celestem.